



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. III. An & qua ratione laici decimas, quas obitent, in alios transferre possint?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

§. II.

An ab Episcopis aliisque Prælatis Ecclesiasticis, Papâ inferioribus decima in feudum concedi possint laicis?

De jure antiquo potuisse Episcopos, aliósque Prælatos inferiores, Ecclesiistarum suarum decimas, in feudum concedere laicis, ob justam causam, ex decreto Urbani II. in Concilio Tur. 1096. celebrato patet, post hoc tamen Concilium, aut saltem post Concilium Latera. 1179. celebratum omnibus Summo Pontifice inferioribus, hæc infundandi circa decimas Ecclesiæ, potestas adempta est, ita ut factæ etiam post hoc Concilium ab inferioribus Papâ infundationes, non tantum illicitæ, sed etiam nullæ sint, prout etiam patet ex c. Quamvis 17. b. t. & ex c. prohibemus 19. eodem, ut plurimi scilicet abusus, qui per tales infundationes, in præjudicium Ecclesiastum irreplerant, impiderentur.

§. III.

An & qua ratione laici decimas, quæ obtinent, in alios transferre possint?

Lacus, si injustè detineat decimas Ecclesiæ, non potest illas in feudum concedere, aut alio quovis titulo in alios laicos transferre, uti patet ex c. prohib. 19. b. t. (neque enim, qui injustè detinet, ullum jus habet ad tales decimas, & consequenter nullum eriam in alios per se transferre potest) si vero justè possideat illas,

illas, tum valde probabile est, quod alteri laico, cum consensu Episcopi, concedere eas possit in feudum, *gloss. cit. c. prohibitus. v. laicos.* quia subinfeudatio vallo concessa etiam in feudo Ecclesiastico locum habet, cum nullus juris textus afferri possit, in quo haec decimorum etiam talium subinfeudatio laico facienda prohibetur, si fiat cum consensu Episcopi, cujus est damna Ecclesiae praecavere. Quodsi tamen laici, qui decimas Ecclesiae detinent, quas ante Concilium Lateranense in feudum perpetuum v. g. acceperunt, restituere quidem velint eas Ecclesiae, induci tamen non possint, ut suae eas Ecclesiae restituant, possunt alijs Ecclesijs, aut monasterijs illas restituere, c. 2. S. Jan. b. t. in 6. quo tamen in casu intervenire debet consensus Episcopi (ad multas scilicet fraudes cavendas) nisi recepta consuetudo introducta sit, in aliquo loco, vi cuius laici liberè disponere possunt de decimis (justè detentis) & quovis modo de his contrahere, sicuti de suis patrimonialibus, qualis consuetudo etiam in nostra Germania videtur, in plurimis decimis, quas laici possident; neque sine ingenti ea animarum damnatione, plurimorum contractuum eversione &c. damnari vel rejici potest, quia videntur tales decimae per legitimam Sedis Apostolicę auctoritatem, à Titulis clericilibus penitus esse abstractae, & concessae laici (in remunerationem meritorum Ecclesiae pastorum, vel ad eorum animos Ecclesiae conciliandos, vel ad opem eorum promptiorem in casibus necessitatis Ecclesiae &c.) ut tanquam bona

patrimonialia habeantur; quod ipso etiam de decimis dici debet, à tempore immemoriali, bona fia possessa, fine ullius contradictonis à laicis fuerunt, qui nunquam dimis le patientur, aut dimis debent, donec liquidò constet, quod tales decimes in legitimo modo ad eos pervenerint, in talis immemorialis possessio, præceptionem legitimam tituli, & ejus probacionem inducat: neque tamen sola concessio, aut donatio decimarum alienata facta, inducit titulum (nec colorem quidem) ad præscribendum decimam: patet ex c. dudum 31. h. t. quatenus laico decimas accipit, credens talen concessionem esse validam, is error in jure manifesto, uti patet, error autem quis ad præscribendum non prodest, ut supra dictum.

SECTIO VIII.

De iure, quod competit Ecclesiae, vel clericis in decimis: quia actione illa exigi possint; uti dicitur in causa decimiarum, acquisi- non solventium decimam.

S. I.

*Quale jus habeat Ecclesia, vel ipsa
Rectores, in decimis, seu fructibus
decimiarum?*

Circa fructus decimales, nondum tamen decimatos, aut separatis reliquis fructibus, habet Ecclesia. Rectores seu ministri illius, non quidem plenus & perfectum dominium, habent tamen jus reale in illis, & quasi dominium nullum.